Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



251

nes

mundi uidet. Si autē ambulauerit
nocte: offendit: quia lux nō est in eo.
Hec aut: et post hec dicit eis. Laza
rus amicus nr dormit: sed uado ut
a somno exsuscitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. Dne. si dormit sal
uus erit. Dixerat autē ihs de morte
eius: illi uero putauerunt quia de dorm
itione somni dicēt. Tunc ergo dicit
eis manifeste. Lazarus mortuus
est et gaudio propter uos. ut credatis qr
non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit
ergo thomas qui dicitur didimus.
ad condiscipulos. Eamus et nos: et
moriamur cum illo. Venit uero ihs:
et inuenit eum iam quatuor dies iam in
monumento habentem. Erat autē bethania
a iuxta ierosolimam. quasi stadiis .xv.
Multi autē ex iudeis conuenerant ad
mariam et martham. ut consolarentur
eas de fratre suo. Martha ergo ut au
diuit quia ihs uenit: occurrit illi.
Maria autē domi sedebat. Dixit ergo
martha ad ihm. Dne: si fuisses hic.
frater meus non fuisset mortuus. Sed
et nūc scio: quia quecumque poposceris
a deo. dabit tibi deus. Dicit illi ihs.
Resurget frater tuus. Dicit ei mar
tha. Scio quia resurget in resurrec
tione in nouissimo die. Dixit ei ihs. Ego sum
resurrectio et uita. Qui credit in me.
etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omis
qui uiuit et credit in me: non morietur
in eternum. Credis hoc. Ait illi. Vtq
dne. Ego credidi quia tu es xpis
filius dei uiui qui in hunc mundum
uenisti. Et cum hec dixisset: abiit et
uocauit mariam sororem suam silentio
dicens. Magr adest: et uocat te. Illa
autē ut audiuit: surrexit cito. et ue
nit ad eum. Non dum enim uenerat
ihs in castellum: sed erat adhuc in illo
loco ubi occurrerat ei martha. Iudei
igitur qui cum ea erant in domo et consolabantur eam. cum uidissent maria
quia surrexit cito et exiuit: secuti sunt
eam dicentes. Quia uadit ad mo
numentum ut ploret ibi. Maria ergo cum
uenisset ubi erat ihs: uidens eum cecidit
ad pedes eius. et dixit ei. Dne. si
fuisses hic. non esset mortuus frater meus.
Ihs autē ut uidit eam plorantem et iu
deos qui uenerant cum ea plorantes: in
fremuit spiritu et turbauit semetipsum et
dixit. Vbi posuistis eum. Dicunt ei.
Dne: ueni et uide. Et lacrimatus est ihs.
Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo ama
bat eum. Quidam autē ex ipsis dixe
runt. Non poterat hic qui aperuit oculos
ceci nati facere. ut et hic non moreretur.
Ihs autē rursum fremens in se
metipso: uenit ad monumentum. Erat
autē spelunca. et lapis suppositus erat ei.
Ait ihs. Tollite lapidem. Dicit ei mar
tha. soror eius qui mortuus fuerat.
Dne iam fetet: quatriduanus enim
est. Dicit ei ihs. Nonne dixi tibi. quo
si credideris uidebis gloriam dei. Tule
runt ergo lapidem. Ihs autē eleuatis sur
sum oculis dixit. Pater gratias ago tibi
quia audisti me. Ego autē sciebam
quia semper me audis: sed propter populum
qui circumstat dixi. ut credant quia
tu me misisti. Hec cum dixisset: uoce
magna clamauit. Lazare ueni foras.
Et statim prodiuit qui fuerat mortuus
ligatus manus et pedes institis. et fa
cies eius sudario erat ligata. Dicit
eis ihs. Soluite eum: et sinite abire.
Multi ergo ex iudeis qui uenerant ad
mariam et martham et uiderant que fecit:
crediderunt in eum. Quidam autē ex ipsis